

Universitätsbibliothek Wuppertal

Ivstiniani Avgvsti Historia

Procopius <Caesariensis>

Lugduni, 1594

Breviarium

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-147](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-147)

IORNANDIS EPI-
SCOPI DE ORIGINE

ACTVQVE GETA-
rum Liber.

BREVIARIUM.

1 Iornandis prolegomena, in quibus mundi descriptionem vniuersam proponit: speciatim vero insularum aliquot, nominatim Britannia, & Scanzia, ex qua Getæ seu Gothi prodierunt, inicit mentionem.

2 Quas nationes Scanzia produxerit. Scythiae limites & contermini populi, inter quos Gepidae, Sclauini, Hunni, Auares, Hunugari, Gothi.

3 Gothorum eruditio, religio, soboles, mulieres bellicosissima Amazones, De Caucaaso monte. Amazonum facta.

4 Veterum principum apud Gothos descriptio. Telephti praesertim, & Thamiuis à qua Cyrus interfectus. Summi reges amicitiam &

fœdus cum Gothis auide exoptant. Caesar eosdem intactos relinquit. Dicenei regis Gothi auctoritas & doctrina. Eiusdem aliquot successores.

5 Res gestæ Gothorum sub Domitiano, & sequentibus Caesaribus. De Maximino Gotho, & tandem Cesare mentio proluxa, Gothicorum regum catalogus admixtus.

6 Gothorum progressus & prosperi successus. In eos Decij expeditio, & Ostrogothorum auxilium oppositum. Gepidarum origo & bella aduersus Gothos vi-ctores.

7 Decius cum filio à Gothis casus. Sub Gallo Volusiano, Aemiliano, & aliis sequentibus Gotho-

rum gesta.

8 Hunnorum (qui in Gothos arma induerunt) ot-rigo, migrationes, statura, mores, victoria. Ad Valentem pro auxilio impetrando Gothi legatos mittunt, & fiunt Ariani. His sedes data sed praefectorum tyrannide pressi, bello Romanos adiuvantur & profugiant, Valente de vita sublato.

9 Sub Theodosio Gothorum Status. Atanaricus Byzantium venit & ibi vitam morte commutat. Alaricus rex Gothus Italiam ingreditur. Ad Honorium Gothica legatio, & Honorij donatio. Stiliconis frans in eius caput recidit, & Romam Gothi Italiamque ferè totam capiunt ac diripiunt.

10 Alarico Athaulfus succedit. Huius interitus & successores. Pax cum Gothis, Vandalis in Africam à Bonifacio comite accersiti. Horum reges, Gildimer sit'aptinus.

11 Vandalis Gothus Vandalos persequitur, cui Theodericus succedit. Aetij patricij res gesta. Atila

Hunnorum regis elogium. Gizericus Vandalus Atilam contra Gothos armat, ad quos Valentinianus legationem mittit. Theoderici responsum.

12 Contra Hunnos Gothorum & Romanorum expeditio. Alani à Romanis deficiunt. Acies utriusque exercitus. Oratio Atila ad suos.

13 Hunnorum, Gothorum & Romanorum cruenta pugna. Torrens sanguinis. Mors Theoderici. Atila fuga. Thorismundi & Aetij pericula. Extremum Atila desperantis consilium. Aetij Thorismundum ab instituto reuocantis erratum. Interfectorum numerus.

14 Atila contra Romanos pergit & Aquileiam obsidet, Mediolanum & Ticinum euertit. Romam cogitans, auertitur intercedente Leone Pontifice. Thorismundus Atilam vincit, & indigno fato tollitur. Hinc Theodericus, prudens, modestus, & felix princeps succedit.

15 Theoderico motuo, Euricus regnat. Gizericus

Vandalus

Vandalus Romam capit.
Gothorum in Gallis gra-
fationes, & victoria. O-
doacer Rugianus occupat
Italiam. Noua Eurici vi-
cloria, & excessus.

16 Alaricus Eurico
patri succedit. Ostrogotho-
rum reges. Atila mors
& epitaphium. Strava in
eius funere celebrata. Occisi
qui Atilam sepeliere. In-
gens filiorum numerus &
dilateratio regnorum At-
tile, vide bella & mutue
clades.

17 Gepida sedes Hun-
norum occupant. Gothi Pá-
noniam sibi permitti petunt.
Sarmatæ colunt Illyricum.
Alanorum sedes. Iornan-
dis stemma. Vulfila Gotho-
rum episcopus. Filij Atila
in Gothos bellum instau-
rant: Vualemiris Gothi in
Theodericum magnæ spei
puellum conatus. Hunnos

Gothi superant.

18 Sueni à Gothis bel-
lo fracti. Vualemiris mors.
Internecone deleti Sciri. No-
ua Gothorum de Suenis &
aliis victoria. Praclara
Theoderici tyrocinia. Go-
thorum sub Vuademiro &
Theodemiro variæ expedi-
tiones.

19 Patri Theodemiro
filius Theodericus eximius
princeps succedit, Italia fi-
nes ingressus Odoacrum vin-
cit, Rauennam obsidet,
cum Francis & aliis adsi-
nitatem contrahit, & se-
nex placidè moritur. Eius-
dem supremum elogium.

20 Theodati regis in-
gratitudo, exantoratio, &
interitus. Belisary felicitas.
Vuitiges Gothorum rex in-
felix. Roma obsessa. finis
regni Gothici, Iustiniani &
Belisary gloria.



MAIORES nostri, vt refert Orolius,
totius terræ circulum oceani lim-
bo circumseprum triquetrum sta-
tuere, eiusque tres partes, Asiam,
Europam, & Africâ vocauere. De
quo tripartito orbis terrarû spacio

Geographi-
rum labo-
res.

Ambitus
terre anti-
quâ descri-
ptis.